Fragmentarium

et membra mea ad nichilum redacta
sunt. Stupebunt iusti super hoc et inno
cens contra ypocritam suscitabitur. et tene
bit iustus viam suam. et mundis ma
nibus addet fortitudinem. Igitur omnes
vos convertimini et venite. et non inve
niam in vobis ullum sapientem. Dies
mei transierunt. cogitationes
mee dissipate sunt torquentes cor
meum. Noctem verterunt in diem. et
rursum post tenebras spero lucem.
Si sustinuero: infernus domus mea
est. et in tenebris stravi lectulum
meum. Putredini dixi: pater meus es.
mater mea et soror mea vermibus. Ubi
est ergo nunc prestolatio mea: et pa
cientiam meam quis considerat. In pro
fundissimum infernum descendent omnia
mea. Putas ne saltem ibi erit
requies michi.

XVIII

Respondens autem baldach suithes
dixit. Usque ad quem finem verba
iactabis. Intellige prius et
sic loquamur. Quare reputati sumus
ut iumenta et sorduimus coram
te. Quid perdis animam tuam in furore
tuo. Numquid propter te relinquetur ter
ra. et transferentur rupes de loco suo.
Nonne lux impii extinguetur: nec
splendebit flamma ignis eius. Lux
obtenebrescet in tabernaculo il
lius. et lucerna que super eum est ex
tinguetur. Artabuntur gressus
virtutis eius. et precipitabit eum consilium
suum. Inmisit enim in rethe pedes su
os et in maculis eius ambulat. Tene
bitur planta illius laqueo. et exardescet
contra eum sitis. Abscondita est in terra pe
dica eius. et decipula eius super semitam.
Undique terrebunt eum formidines. et in
volvent pedes eius. Attenuetur
fame robur eius et media invadat
costas eius. Devoret pulcritudinem cu
tis eius consumat brachia illius primo
genita mors. Avellatur de taberna
culo suo fiducia eius et calcet eum desu
per quasi rex interitus. Habitent in tabernacu
lo illius socii eius qui non est. Asper
gatur in tabernaculo illius sulphur.
Deorsum radices eius siccentur sur
sum autem atteratur messis eius. Memoria
illius pereat de terra. et non celebretur nomen
eius in plateis. Expellet eum de luce
in tenebras. et de orbe transferet eum.
Non erit semen eius neque progenies in populo su
o. nec ulle reliquie in regionibus eius.
In die eius stupebunt novissimi. et pri
mos invadet horror. Hec ergo sunt ta
bernacula iniqui. et iste locus qui
ignorat deum.

XIX

Respondens autem iob dixit. Us
quequo affligitis animam meam. et
atteritis me sermonibus. En
decies confunditis me et non erubesci
tis opprimentes me. Nempe et si igno
ravi mecum erit ignorantia mea.
At vos contra me erigimini. et arguitis
me opprobriis meis. Saltem nunc in
telligite quia deus non equo iudicio af
flixerit me et flagellis suis me cin
xerit. Ecce clamabo vim patiens.
et nemo exaudiet. Vociferabor et non

License: public_domain – Brussel/Bruxelles, Archief O.C.M.W. Brussel / Archives C.P.A.S. de Bruxelles, O 36, fol. [i] r – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-t5mw/9255/68559)